

coh. III vig., leg. X | et XIII Gem. prov. Pannoniae superiori. | itim (*sic*)  
leg. Daciae<sup>5</sup>, praeposito equitum singularior. Augg. nn., p. p.<sup>6</sup> leg. XXX  
Ulpiae, centurioni deputato, eq. pub., | ex V dec., Laur. Lavin. | ordo  
Arretinorum patrono | optimo.

*Arretii (XI 4856 descripsit Bormann).* — 1) *Videtur intellegendum esse: viro consulari ordinario. Fasces gessit a. 264, ad praefecturam urbis pervenit a. 267.* — 2) *Eminentissimo viro.* — 3) *Perfectissimo viro.* — 4) *Protectori Augustorum duorum nostrorum. Est haec antiquissima mentio protectorum, cf. Mo. eph. ep. 5 p. 126.* — 5) *Legionis Daciae; tribunus fuit primum legionis XIII Geminae in Dacia, deinde legionum X et XIII in Pannonia superiore tendentium.* — 6) *Primo pilo.*

**1333** Aurelio Iuliano | praef. praet., | eminentissim. | et singularis |  
exempli viro, | ordo Brixianor. | patron. clemen[tiss.]

*Brixiae (V 4323 vidit Mommsen).* — *Ad eundem virum nondum praefectum praetorio pertinet hic titulus extans in agro Romano prope Marino oppidum (XIV 2463): Marco | Aurelio Iuliano | a rationibus | et a memoria, | socero optimo, | Sex. Pedius | Iustus . . .*

**1334** M. Attio | Corneliano | praefecto praetorio, eminentissimo | viro,  
civi et patrono, | ob incomparabilem | erga patriam et cives | amorem res  
publica | coloniae Marianae Augustae Alexandrianae | Uchitanorum maiorum.

*In provincia Africa in rudibus oppidi Uci maioris (VIII S. 15454 descr. Cagnat).*

## Praefecti Aegypti, annonae, vigilum.

**1335** M. Magio M. f. Maximo | praef. Aegypti<sup>1</sup>, Tarraconenses.

*Aclani rep. (IX 1123, partem viderunt Hirschfeld et Dressel).* — 1) *Praefuit Aegypto imperante Augusto, teste Philone adv. Flaccum c. 10 (ubi dicitur, errore scripturae, Manius vel Magnus Maximus), cf. Plin. h. n. 56, 9, 69, C. I. Gr. 4956, 27.*

**1336** P. Graecinio | P. f. Pob. | Laconi | ornamentis | consularibus.<sup>1</sup>

*Veronae (V 3340 vidit Mommsen).* — 1) *Praefectus vigilum a. 51 p. C. Macronem in opprimendo Seiano adiuvit (Dio 58, 9, 10), ob hoc ornatus est ornamentis quaestoriis (l. c. 12), postea, cum factus esset procurator Galliae, etiam consularibus (Dio 60, 23).*

**1337** Laco praef. vig. XIII.

*Romae rep., plinthus statuae (Bull. com. 1889 p. 152).* — 1) *Numerus quid significet, obscurum. Fortasse singulae regiones urbis Romae Laconi statuas posuerunt, hanc regio decima tertia.*

**1338** . . o praef[. | coh]ortis, trib. milit[um], | p[raef.]equit., censito[ri] |  
Brittonum Anavion[ens.], | proc. Aug. Armeniae mai[oris]<sup>1</sup>, | ludi magni,  
hereditatum | et a censibus, a libellis Aug., | praef. vigilum, praef. Aegy[pti] |  
M. Taminus Ce . . .

*Fulginiis (XI 5243 vidit Bormann).* — *Titulum referendum esse ad T. Haterium Nepotem, qui fuit praefectus Aegypti a. 121 (III 59) et a. 124 (papyrus in-*